



Ks. Knapiński

Hermeneutica biblica ex prelect. Mil. Nowodworski

ark. 1-5, 7-13

Hermeneutica biblica ~~Introductio in libros sacros N. Test.~~

ex prælectionibus Cl. Nowodworski conscripta a. 1860/61.

Prælectio I d. 26 7bris a. 1860. 1

Ante definitionem Hermeneuticæ observandum est:
Quamvis sermo sit aptissimum medium, quo homines communicare possunt cogitationes et sensus, fieri tamen potest et fit reapse, quod non semper alter alterius cogitata percipiat.
Causa hujus posita est vel in intellectu ~~et~~ vel in voluntate hinc quia non intelligere non possumus ob obscuritatem vel quia intelligere nolumus.
Regula est: "loquentem intelligi et audientem intelligere velle." Quoties audiens non intelligit loquentem opus interpratione.

[margin: Finis Hermeneuticæ solutio ~~...~~ est imperviæ enunciationes exponere seu eam difficultatem removere, quæ est ex parte intellectus audientis.]

Interprati est efficere ut audiens ad verba loquentis cogitet id quod cogitat ipse loquens. Interpretari potest et ipse loquens vel ejus vicarius, tunc interpretatio vocatur autentica, et tunc involvit functionem sensum exponendi; ~~...~~ vel alia persona et tunc vocatur doctrinalis et involvit duplicem functionem sensum inveniendi et exponendi. Hermeneutica itaque definitur ~~...~~ — scientia vel ars interpretionis doctrinalis.
Nomen derivatur a Hermes (i. Mercurius interpres voluntatis deorum). ~~Hermeneutica~~ spectata Objective est: systema complexus regularum ad quas interpretatio librorum institui debet. Subjective: cognitio regularum etc. Hermeneutica haec est con... ad quas interpretatio institui debet.
... vocatur et applicari potest ad interpretandum quemcunque librum. Si regulæ istæ applicentur alicui particulari operi mentis humanæ vocatur particularis. e. g. si applicentur libris SS. vocatur hermeneutica biblica et Juristica si applicetur libris in jure occupatis.
Hermeneutica communis est logica applicata ~~qu... instituit regulas ratiocinationis~~ ad interpretandam scripturam. —

Opera hermeneutica: Hermani Hardt. Exegeseos elementa 1691.
Martini Hladini laudatum
Eberhardi — Elementa Herm. 1763.
Frid. Meier. Versuch etc. 1757
Germari — Altona 1828.

Hermen. nostra particularis est ex ... in genere tradit regulas aptas explicandis libris SS. in genere — Specialis, quæ tradit regulas aptas explicando speciali alicui libro vel speciali generi librorum. e. g. Prophetiae

[margin: H. Particularis e generalis et sp...]

~~Tract~~ Hermeneutica necesse est ut gaudeat principio, aliter non erit scientia — nam scientia est systematica ~~expositio~~

Principium illud est: sensus loquentis ope usus loquendi, orationis, contextus, conditionis tum externæ tum internæ loquentis inveniatur et pandatur.

Gaudet omnibus dotibus principii

Propositio haec 1º est prima non ab alia derivata. 2º est universalis - 3. adaequata nisi his veritatibus inservit - 4 absolutae necessitatis, a qua minime licet declinare - 5. perspicuam et facile applicatu. - Obj. Principium istud est communis hermeneuticae et indiget modificatione respectu librorum divinorum.

R. In conscribendis ll. ss. conspirasse operam Dei et distinguimus momentum divinum et humanum in libris. Auctores scribebant juxta leges commercii humani, nam pro hominibus scribebant - nec Deus voluit ut migrarent extra leges commercium cogitationis, quae tunc temporis in usu erant - ideo principium hoc valet in Bibliis explicandis. Quia tamen et momentum divinum concurrit, ideo admittimus necessitatem modificationis hujus principii.

Quod necessitas haec existat, probat praxis. nam in commentariis protestantium invenimus alluviem interpretationum [et periculum immineret si solo principio niteretur hermeneuticae communis] unde quaerendum est fulcrum firmius quod nisi interpretatione autentica potest inveniri

[contrarias et absurdas - et imineret nobis idem periculum si solo hermeneuticae principio niteremur]

Autenticus interpres bibliorum est Deus - vel ipsius legitimus vicarius i. e. Apli, qui edocti interpretari scripturam a Spiritu S. et eorum locum tenentes Patres et Principes Ecclesiae.

Notandum ille sensus, quem Patres unanimiter tenent est sensus autenticus. Etenim si Patres, quamvis diversis in circumstantiis positi conveniant in aliquo textus hoc triplici causae tribuendum 1º vel evidentiae - 2 traditioni - 3 actioni Spiritus S.

Sed 1º evidentia non est in libris, quod probant commentaria 2º ipsi Patres in aliis locis confitentur difficultatem.

Itaque IIº vel IIIº tribuendum est unde autenticam illam dicimus interpretationem quae ab Ecclesia et Patribus descendit. Si Ecclesia interpretatur, recurrit ad Patres unde et ejus interpretatio est autentica.

Unde concludimus 1º sola Ecclesia. esse interpretationem autenticam ac proinde veram. 2º Illa doctrinalis interpretatio est vera, quae ex autentica descendit.

Normam interpretationis tradit nobis Concil. Trid. - Etenim praescribit ut in omni interpretatione mens Ecclesiae et consensus Patrum est consideranda. Ecclesia manifestat mentem vel immediate directe in genere dum semel Vulgatam autenticam declaravit - immediate directe in specie dum aliquem locum Scripturae in concilio vel per Pontificem ita et non aliter interpretandum esse judicat.

ut Hoc est corpus meum. Immediate indirecte[F] dum de capite alicujus doctrinae in-agens, comprobat hanc doctrinam aliquo textu scripturae. eg. Conc. Trid. de peccato originali. Mediate 1° si nulla loca scripturae citat sed aut perversam doctrinam condemnando, quae nitebatur textui aliquo. eg. condemnavit evirationem, quae nitebatur verbis Mat. "Sunt eunuchi qui" etc. Condemnavit Millenarios, qui nitebantur Apocalipsi. 2° dum praxi sua, ad oculum contrarium textum condemnat. eg. de prolixis orationibus, quas saepe injungit. Si haec non sufficiunt in interpretatione bibliorum recurrendum est ad SS. Patrum unanimem consensum,[F] qui stricte est accipiendus, non tamen mathematice. ~~[illegible]~~

F quia non consulto interpretatur 2

F nec unus quidem Patrum contrariam sententiam doceat, quin erroris arguatur ab aliquis.

Insigniores Patres: Irenaeus, Cyrillus Hierosol. Hilarius Epiphanius Ephrem. Athanasius Joan Chrysostomus Gregorius Nyssenus Gregorius Nazianz. Ambrosius Augustinus Leo M. et Hieronymus.

P II d. 27/9 1860 r.

Patres hi doctissimi putantur, ac proinde nosce-re optime mentem Ecclesiae. Consensus Patrum, secundum Conc. Trid. valet in doctrina fidei, doctrina mor. et in iis quae spectant ad aedificationem ~~Eccl.~~ doctrinae Christ.

In phisicis et philosophicis illos sequi non tenemur. Si agitur eg. de interpretando loco ubi agitur de fratribus Domini: quaestio haec spectat ad aedificationem ecclesiae — etenim si hic locus stricte de fratribus intelligendus esse, Beat. Virgo Maria jam virgo non esset. Conc. tradit rationem,[?] normam cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum. Non interpretem agit Ecclesia sed judicem in definiendo sensu sacrae scripturae. — Quare Patres jus hoc vindicarunt Ecclesiae: Quia ipsis persuasum erat Ecclesiae commissam esse summam doctrinae Christ. et eam custodem doctrinae constitutam esse — ut autem bene custodiat non solum explicandi sed et ~~interpretandi~~ judicandi de sensu potestatem habeat est necesse. Moehler mowi Kościół który by porwała swolnego Atomaczenia, pisma s. tem samem potkałaby że to nie wierzy. Finis propter quem jus hoc Ecclesiae datum est, est ut coerceantur petulantia ingenia. Conc. Trid. Hac tamen tradendo Concilium non condemnavit sobrium usum Hermeneuticae neque ipsam condemnavit. Nam 1° tradendo suam regulam, praesupponit ipsam interpretationem doctrinalem. 2° ~~comprobo~~ laudat exegetas. ut S. Hieronymus

Ex dictis novimus dari principium materiale interpretationis esse [Ecclesiam] et dari formale: rationem et auctoritatem Ecclesiae. Proinde principium Hermeneuticae biblicae est Sacram Scripturam ope

Przeciwne principium stomaczenia kowiemy racyonalistowskiem. U nas źródłem pegut ratio jest, kierownikiem zaś, i sędzią będzie Kościół — u racyonalistów zaś rozum i rozum.

Hermeneutica est sensum biblior. inquirere sed necesse est nosse notionem vocabuli notionem sensuum.

De Sensu

Interpretatori determinandus est sensus singular. vocum. Signification. quae est significatio vocum in se; sensus vero est significatio vocis relate ad loquentem eg. ruah, spiritus, ventus. Sensus itaque est significatio in certis circumstantiis posita. Significationes saepe sunt notiones vagae indeterminatae. Sensus vero est notio determinata, eg. Deum aliter intelligit Mahometanus, catholicus, paganus etc. Significatio ad vocabula, sensus ad loquentem refert.

Significationum et sensuum multiplex est divisio. Significationes dividunt in proprias seu primigenias, originarias, quae illas notiones ad quas designandas vocabula primum adhibita sunt. 2 impropriae seu secundariae, quae adhibentur ad significandas alias notiones habentes ~~significatas not~~ cum iis similitudinem seu ... cum notione ... [illegible]

Metonymia et synecdoche, per id quod enunciatur

Metaphora (seu affinitas similitudinis) id quod exprimit imaginem gerit ejus quod sumitur, eg. oculi Dni (opatrzność) super justam (scientia) et aures ejus in preces eor. (wysłuchanie) i omniscientia.

Sensus dividitur communiter apud Hermeneutas

1° Proprius erit in quo via vocabula exprimuntur significatione propria, et impropria (translatus in) quae significatione translata.

2° Verbalis, qui immediate ex verbis colligitur

et realis qui colligitur ex rebus quae verbis exprimuntur.

3 et qui proin ... [illegible]

Sensus certus est qui adeo patet ut nullae dubitationi locus sit.

probabilis est si in unam et in aliam partem pugnant argumenta, in unam tamen partem plus quam in alteram, eg. diliges proximum tuum est sensus (proprius est) certus. Hoc est corpus meum — certus.

Probabilis apud Osee, ubi Propheta jubet ducere uxorem fornicationum — probabile est Oseam eam duxisse. Alibi proferemus argumenta, hic verba translato sensu accipienda esse, et hunc sensum translatum probabilem esse.

Insuper quoad affinitatem notandum est eam esse duplicem. Et verbalem sive realem v. solummodo similitudinis. Affinitas realitatis est quando vox ad objectum aliquod designandum designat v. partem hujus totius et totum hujus partis et tunc est Meto et Synegdoha. — impropriae

Synecdoche dum totum pro parte et species pro genere sumitur et vice versa

Metonymia dum effectus pro causa sumitur, eg. duszy brata twego z rąk twoich poszukiwać będę — dusza est causa vitae et sumitur hic pro ipsa.

Hodie mecum eris in paradiso non totus sed anima etc.

6. III d. 3/10 1860 r.

1) Deus creavit terram et caelum

2) Aures etc. Oculi etc. per figuram antropomorphitiam et metaphorice. —

Realis np. Deus creavit terr. 12 et omnia effectu praedicta hujus in complicitate sunt. — Sensim parabolae symbolae quae praeter verbalem habent sensum colligendum ... historia de filio prodigo —

H. B. 23

4) Originarius dicit qui intendit a primo dicti auctore — accomodatus si ab alio auctore ad aliquid aliud significandum assumit, et Non alligabis os bovi trituranti. Deuter. et S. Paulus.

5) Proximus et remotus multis in locis sacrae scripturae invenit. Isajas prædicit Cyrum, et eadem ratione, iisdem verbis prædicit Christum. de Christo itaque erit sensus remotus, de Cyro autem proximus.

6) Allegoricus comprehendit illa quæ ad fidem spectant. Anagogicus quæ ad spem excitandam valent. Tropologicus, quæ ad mores informandos spectant. Sed hic respectus materialis cum formali confundit. In hac ratione sensus verbalis erit proprius, historicus, sensus vero translatus improprius, spiritualis etc. Respectu formæ est sensus litteralis et spiritualis. Sensus literalis ille, quem Spiritus S. intendit directe et proxime. Verba hujus sensum referunt nobis sensum proxime vel remote. Explicemus hoc. Spiritus S. intendit sensum directe, nam quodcumque quis loquit vel scribit ea directe intendit. Et hæc additio est necessaria ut distinguerimus sensum litteralem (directe) a sensu consequentiali. eg Eglon tłusty zabity był od Aoda — ex sensu consequentia wypada że obżarstwo opilstwo jest potępionem. Ut itaque distinguerimus sensum consequentialem a literali apponenda erat vox directe. Proxime Spiritus S. intendit, si nihil intercedit inter id quod est expressum et inter rem expressam. ~~Quae verba ... referunt sensum directe~~ Bóg stworzył świat w 6 dniach. Słowa te Duch S. zamierzył wypowiedzieć wprost, zamierzał wypowiedzieć wprost et proxime, bo sensus litteralis mieści się w słowach tych, a nie innego nie pośredniczy. Co innego Oculi Dni super justos et aures ejus in preces eorum. Albo gdy Chrystus: Ite dicite vulpi huic (Herodi) przez vulpem chciał oznaczyć chytrość. Słowa Ducha S. odbijają wprost w tym sensie, z bliska nie zaś jak w sensie spiritualnym z daleka. Oculi Dni super justos verba hæc referunt remote sensum bo pośredniczy znaczenie

Sensus litteralis quoad formam est proprius vel translatus. Et hic partit divisiones quoad materiam — et potest esse historicus, propheticus, allegoricus, anagogicus — tropologicus. Sensus historicus litt. proprius nam verba sensu proprio efferuntur Creavit Deus. erit sensus translatus litteralis historicus. Virgo concipiet et pariet etc. sensus litteralis et proprius. respectu materiæ propheticus. Habitabit lupus cum agno — translatus propheticus — Dnus unus est (Deuter.) sensus est lit. proprius, allegoricus, quia ad fidem respicit. Oculi Dni super justos — lit. anagogicus. — Ibunt hi in supplicium et hi in vitam æternam — litteralis anagogicus. In apocalypsi vide—

---

si sumitur in toto et in se. — Sensus integer erit verbalis, si spectemus Doctrina moralis sensus erit realis. — Dein S. Symbolicus si ex symbolo colligitur ut in Prophetis a. g. Dum Ezechiel transferunt parietem et per foramen egrediens designat lapsum urbis — in se est s. verbalis. Si vero attendimus ad lapsum urbis Jerusalem est symbolicus. —

4) a. In omnem terram exivit sonus eorum i. e. coelorum — S. Paulus Epi. ad Ro. accomodat ministris Evangelii, dicentibus habere debent et verba: In omnem etc. a Psalmista de coelis enuntiata ille de Apostolis affirm. adeo ut sensus verbalis possit nisi esse historicus proprius. et n. spiritualis. — Respectu formae quae Spiritus S. mentem suam in S. S. manifestat duplex est literalis et spiritualis. —

6) Uwaga
Verba autem referunt nobis hunc sensum directe quidem, sed vel proxime (literalis proprius) vel remote (l. translatus).

między opatrznością ... wszechwiedzą

F eg Deus creavit coelum —

propheticus

mus multa exempla sensus translati ana-
gogici – ~~Trop~~ Diliges proximum etc. e sensus
litterali tropologicus – item pote arbor bona etc. trans-
latus tropologicus sensus est.
Sensus spiritualis quem spiritus intendit di-
recte – proxime intendebat spiritus s. sensum [et remote et verba cum oblique referunt]
litteralem remote spiritualem – Verba
in sensu literali sensum directe – in spirituali
oblique. In literali proxime e remote hic
vero tunc remote [referunt] Ego ero ei in Patrem
et ipse (Salomon) erit mihi in filium. Kie-
trudno się domyślić tu głębszego sensu dopiero
z listów. Cui angelorum aliquando dixit:
dowiadujemy się że słowa te oznaczają także
że stosunek Boga Ojca do Syna Bożego.
Sens spiritualis jest zamierzony w prost przez
Ducha S. quam-vis remote enunciat. Dla
tego że myśl nasza nie odrazu wpada na
ten sens ale za pośrednictwem literalnego.
Nasza niedołęstwo tylko sprawia iż zdanie
to jest dla nas remote. Oblique ponieważ
z każdego dopiero odbija się nam sens spiri-
tualny. Ponieważ wprzód de sensu litte-
rali eruendo mówić będziemy a później
de spirituali, przeto tu nad ostatnim rozwo-
dzić się nie będziemy.

„Filius meus es tu, ego hodie genui te."
Za pierwszą pomocą sensus litte-ralis invenimus spiritualem po sub litterali delitescit spiritualis. – Allegorie zaś pierwszą pomocą innych miejsc odkrywamy. –

Quum de sensu agimus, investigandum e
quid sentiendum de hoc versiculo:
Litera gesta docet, quid credas allegoria,
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.
Sed divisio haec e inconcinna. Hic ponit sen-
sus anagogicum [allegor. et tropologi.] velut species sensus
spiritualis – confundit genus cum specie [sen. liter. cum speciebus alter.]
Litera gesta docet, ac si sensus historicus esset
tunc literalis – ast inveniunt in bibliis et
leges, et prophetias in sensu litterali. Quid cre-
das allegoria. Allegoria significat [propria] e nostra
disciplina – tunc allegoria rhetorica seu
sensus spiritualis littera [et in solum credendis alt. ponit]. Hac allegoria
usus S. Paulus [F] Per allegoriam intelligimus per eorum
e rem e seriem personarum vel aliquid
aliud significantem quam quod per se directe
intelligit. S. Chrysost. dicit hoc respectu
Paulus κατα χρηστικος typum, allegoriam appellant.
Quod in allegoria rhetorica praestant verba
in allegoria Pauli idem praestant res. W al-
legorii zwykłej słowa stanowią obraz
w biblijnej allegorii zaś rzeczy i osoby, te-
raz Nota in solo sensu anagogico [spirituali] et tropologico tradant ea quae ad
spem excitandam et mores informandos [spectant] haec etiam in lit-
terali occurrunt. Quidam opinant versicu-
lum istud S. Augustini esse, qui dicit:
In libris sacris intueri oportet quae ibi aeterna

i.e. literalis sensus historiam refert. –

F in Ep. ad Gal. ubi agit de Isaaco et Jaco-bo – et in fine addit: Haec tanquam per allegoriam dicta &.

D. IV d. 4/10 1860 r.
Moralis quid agas, quo tendas anagogia

quę facta narrant, quę futura prędicent, quę agenda prędicent" c.
Sed hic triplici divisione materia in vero sensu intelligi potē
Auctor hujus versiculi verus e Eucherius Lugdunensis. Quidquid
tamen de auctore ejus dici possit, pro certo habeamus
mutationes nominum sensuum exinde provenire, quod differentia inter sensum literalem et spiritualem fuit stabilita tunc
occurrunt diversa in singulis — Sensus litteralis
ab iis dicitur qui a nobis dictus ē litteralis prop.
qui olim grammaticus dicebat. Nobis sensus
literalis ē genus quod in 2 species subdividitur in
proprium et improprium sensum. Patres vero sen-
sum translatum jam spiritualem dicunt — item
sensum translatum et spiritualem item
parabolicum vocant sensum mysticum.

Qu. 1. An literalis sensus subest in omnibus enuntiatis biblicis?

Qu. 2. An literalis sensus in una eademque enunciatione
multiplex esse potē? Quaer. 1um aut aequivalet
sequitur: Num in iis locis quibus adē sensus
spiritualis adē literalis? Spiritualis sensus
ē ille qui delitescit sub sensu literali ideoque jam
supponit sensum literalis. Quamvis inepta e
hęc quęstio tamen aliā sunt ejus defensores, qui
auctoritate et ratione conantur eam probare, diluamus eam.
Adversarii nostri citant Origenem in scripturis contineri histo-
rias quasdam minime veras, et quędam
pręcepta impossibilia ad exequendum et inepta
Unde concludimus sensum ubique haberi spiri-
tualem in scripturis, non vero corporalem. Et
perlectis his, perspicitur hic intelligi de sen-
su literali proprio, quem Origenes ē corporeum
noster literalis translatus, illi spiritualis. Adversarii citant
alium locum Origenis qui dicit: „Non semper in
scripturis divinis historialis consequentia constat
sed nunquam deficit, ut in hoc loco „Spinę na-
scunt in manu ebriosi. Adversarii histo-
rialem consequentiam summunt pro sensu
literali simpliciter. Sed quum originale hujus
libri deperiit, ideo et nos possumus per histo-
rialem consequentiam intelligere sensum
eo magis quod et S. Chrysostomus Hom. 24 in Mat.

et quod exemplum quoque ab Origene allatum pro
nostra parte seu significatio translata

Sicut ebriosus dum vult evellere spinam e
manu sua eo magis eam imprimit — ita
stultus.
Sic oēs difficultates Patrum ab adversa-
riis prolatas pro nostra parte stare faciemus.

2. Ex ratione, quam adversarii: 1° Bibliis aliquando attribuimus videntur proferre turpia, absurda, ergo debemus sensum litteralem in spiritualem mutare.
Absurda illa sufficiunt illis ut sensus litteralis absit. ut Osee factum. 2° Quaedam loca V. T. explicantur affirmant a scriptoribus N. T. et sensu spirituali itaque intelligi alia ratione non possunt nisi loca nisi spiritualiter. Sed quoad I quod credunt absurdum et turpe minime tale est, si sumemus sensu literali translato, si cum Hieronimo intelligimus hunc locum de assumptione gentium ad Ecclesiam, eo magis, quod saepe saepius fornicatio in bibliis, etiam apud Osee idololatriam significat. Quoad II In hoc argumento supponitur non posse adesse sensum litteralem cum spirituali, quod minime probant, et proferunt exemplum, quod pro nostra parte facit. Ego ero ei in Patrem et ipse erit mihi in filium. De Salomone hoc dictum in sensu spirituali applicatum est Christo.

C) 1. An in una enunciatione multiplex sensus litteralis adesse potest? Plurimi ex Protestantis, Cocceium secuti s. XVII et XVIII affirmative tenuerunt, et apud catholicos sunt multi tales. Nos vero contrariam partem tenemus. Quod ut probemus perpendamus argumenta adversariorum. Ex Patribus quos S. Augustinus, Thomas Aquin.
2. Ex scripturis ajunt, quaedam dicta ab ipsis scriptoribus varie interpretata esse. Dum ergo ipsi locis, quod simplicitati sensus repugnat V. T. tunc loca haec perpendamus. 1° Is. 53,4 Vere languores nostros ipse tulit.[1] Locus iste agit de doloribus Christi, ajunt dicunt, S. Petrus, dicit intelligit per dolores peccata.[2] Matthaeus agens de leprosis curatis ait[3] Ut impleretur: ipse infirmitates nostras ipse portavit, et infirmitates nostras portavit. Triplex itaque sensus: cruciatus, peccata, morbi indicant a propheta. Resp. Observandum ne unum quidem patrum ad difficultatem hanc solvendam, confugisse ad excogitandam multiplicitatem sensus Apollinari Chrysost. Rufinus, Theophilactus gaudentes in conciliandis his locis. Nobis videtur Matthaeum sensu accomodato accepisse dum dicit Christum sanatione infirmorum impletam esse. Petrus non citat Isaiam cum dicit languores tulit dolores portavit sed in aliam locum Isaiae cap. 53, 11 ait[4] iniquitates nostras portavit. Matthaei interpretationem veram credimus.

[1] „et dolores nostros ipse portavit."
[2] I Petr. 2,24. „qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiae vivamus: cujus livore sanati estis."
[3] Mat. 8,16.17. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos daemonia habentes: et ejiciebat spiritus verbo: et omnes male habentes curavit: ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: et aegrotationes nostras portavit."
ad multiplicitatem in una enunciatione sensus litteralis non confugerunt.
[4] Isai. 53, 11. 12. „Pro eo quod laboravit anima ejus videbit et saturabitur: in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est: et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit."

Portavit hebr. sabal- quod significat bajulare dolores nostros portavit, intelligendum Christum dolores nostros perpessos esse. Tulit (hebr. assa) signif. portare et auferre.) languores recte Matthaeus itaq. dicit: tulit languores, quia Christus abstulit ab eis languores. Igitur non multiplex sed unus est sensus litteralis. 77. B. 3.

[illegible] locum adducunt Is. 53, 8. „Generationem ejus quis enarrabit?" Hic locum [illegible] intelligere Patres, affirmati[illegible] adversarii de generatione aeterna et humana. Sed 42 Patres hic divinam 11 utramque [illegible] alterutram generationem intelligunt. Quamvis undecim patres affirmant de humana. Generatio potest dupliciter intelligi et de humana et divina. Quin de sensus [illegible]. Sicut etiam liber Generationis [illegible] quamvis [illegible] generationum [illegible] sed et alios. V. 10. 1860.

Quamvis [illegible] tamen [illegible] generationes [illegible]

III um locum adducunt Psal. 11, 7. Filius meus es tu ego hodie genui te. Tripliciter, aiunt, potest explicari locus iste et quidem S. Paulus Hebr. 1, 5. loquitur de filio Dei; ibid. 5, 5. hisce verbis probat sacerdotium Christi; et in sermone Antiochiae habito Act. 3, 33. de resurrectione Christi. Tres itaq. sensus adsunt: filiatio, Pontificatus, et resurrectio. Sed nos intelligimus solum de filiationem. Nam Paulus loquendo de pontificatu incidit solum in haec verba (et indirecte [illegible]) quamvis consulto. Nam sicut filiatio est [illegible] fons divinitatis [illegible] Jesu Christi, ita etiam est fons Pontificatus ejus.[1] Similiter et de resurrectione agendo[(1)] et nos ad comprobandam ejus potentiam confugimus ad creationem et ad misericordiam probandam confugimus ad passionem Jesu Christi, ita et hic commemoratur filiatio, ut probetur resurrectio. et probat Paulus Christum non solum resurrexisse, sed non resurgere non potuisse. Itaq. verus sensus est filiatio. Inductione praeterea probari potest, nullum locum in s. scripturis dari, qui multiplicem sensum eumque literalem una contineat.

[1] loquitur itaq. de filiatione ut probet Pontificatum.

(1) Non directe resurrectionem comprehendit haec sententia, sed ut probet resurrectio.

Videamus testimonia Patrum. Difficultatem maximam videtur facere S. Augustinus in argumentis sed auctoritate. S. Augustinus postquam sententiam de diversis primae vocum significationibus adduxit, ait „Ego certe quod intrepidus [illegible] de [illegible] culmen „dignitatis scriberem aliquid, sic mallem scribere, ut, „quod veri quisq. de his rebus capere posset, mea verba reso„narent, quam ut unam veram sententiam ad hoc aperte „~~[illegible] et [illegible]~~ ponerem, ut excluderem ceteras, quae [illegible] non possent offendere. Nolo itaq., Deus meus, „[illegible] esse, ut hoc illum [illegible] non „credam. Sensit ille omne in his verbis atq. cogitavit, cum ea scriberet, quidquid hic scripsimus, et quidquid non potuimus, et tamen [illegible] inveniri potest." Itaq. pro [illegible] sententiam, mentem [illegible] adversarios nostros quam alibi probat [illegible]. De doctr. Chr. lib. 3 cap. 27

Sed ex his quae protulimus, determinandum quam late patet sententia S. Aug. qui dicit „Rarissime inveniri note ambiguitas in propriis"

In translatis circulus arctior est — et ipse In ambiguis solum et obscuris multiplicem sensum esse posse dicit Augustinus. Sed requirit ut „in aliis locis apertius enuntiet, quod in primo est obscurum. Praeterea dicit Aug. scripturam saepe voluisse, ut plures sensus alicui dicto subessent. Quod et nos concedimus. sed si quod de sensu literali hoc intelligimus ~~hoc in parte esse~~ [illegible] hoc iacosum, et inutile esset, si diquimus uno loco proferre et altero explicare. — II° Dicit Augusti. Spiritum S. concurrere, providere et praevidere, ut hic locus multiplicem sensum haberet.

Resp. Providere, omnino aliud est ac facere ut aliquid occurrat. Certe providit Deus ut sensus occurreret, non qua auctor [illegible], sed qua rector et provisor omnium.

Providentia generali providit quemadmodum rector rerum universarum —

Exinde ob reverentiam illius, quae debetur Augustino recedimus ab eo. Eo magis, quod nullum alium Patrem consentientem secum habet, quod et ipse confitetur, se proferre aliquid novum inauditum.

Praeter Augustinum et S. Thomas Aquin. in sua Summa ait: „Non est inconveniens si etiam in una litera scripturae plures sint sensus." Tamen credimus Thomam minime nobis adversari. Et quidem notandum quod hoc in articulo non agit de multiplicitate sensus lit. sed ad finem cedens auctoritati Augustini. [illegible] affirmavit id quod affirmare videtur minime volens defendere. Quaestio hic erat: num sub una littera multiplex sensus esse possit? (generatim sensus) Nos vero quaerimus: an multiplex litteralis sensus esse potest. Thomas, ut qui definitionem datam respondere talem ~~intra~~ sensum litteralem dicit: „Est quod quem auctor intendit. sed auctor potuit et literalem et spirit. intendere ~~[illegible]~~ Itaque optime potuit affirmare in una littera multiplicem sensum esse posse. ~~[illegible]~~ Itaque patet eam adversariis prodesse sententiam non tantum esse — sed pro nostra potius hac stare, quod patet ex ejus dicto: „significatio, quam voces significant est sensus litteralis, sensus non multiplicant, propter hoc quod „una res multum significat." Ideoque negat unquam sensus lit. Non objicimus contradictionem Thomae qui est lumen scholae. Et ~~differentia~~ contradictio, quae apud eum apparet ex definitione diversa sensus literalis procedit.

F. Argumenta S. Augu. pro multiplici sensu literali sunt infirma et quidem 1° Dicit hoc dignius esse et utilius, ut quod in uno loco obscuratum est in altero explicetur. [illegible]

[illegible] non praecipue respondit

Non necessarium unum obscurum et alterum explicitum — et hoc primum quia alterum [illegible] [illegible], hoc est constituit dignitatem

[illegible] sententia ejus [illegible] proprie [illegible] accepisse illam e traditione [illegible] admirationi — illam nos [illegible] relevantia ejus [illegible].

[illegible]

[illegible]

Quod autem pro nostra parte stat Thomas, patet etiam ex praxi, nam multibi in commentariis suis multiplicem sensum litteralem exponit.

<u>Provocant adversarii ad Theologos.</u> – Si ad numerum eorum respectus haberetur, causa nostra desperata videretur. Tamen ex illo uno vix pauci sunt contra nos. Si opinionem contrariam multis Theologis defendimus, non urgebunt, sed rationibus cedendum nobis est. Hi autem Theologi (Lamus, et Melini) nituntur aliena sententia quamvis non fidunt illud. Et si in quo loco eam defendunt, alio destruunt. Alii praeterea adversam nobis sententiam appellant probabilem, non improbabilem. et enumerant nobis loca ex scripturis, ubi multiplex sensus occurrere ipsis videtur. Insuper, male multi intelligunt sensum literalem. Nam autem sed isti si scribunt commentarios, multi multiplicem lit. sensum admittunt. ~~Dicunt~~ unum tamen ~~semper primarium sensum literalem~~ prae ceteris defendunt, ~~sed tunc ideo, quia adducunt interpretationes aliorum~~ itaque unum sensum affirmant ~~ex iis primarium~~, alios vero possibiles. Ex 150 theologis omnes fere tales locos esse in scripturis affirmant. Si legeremus quomodo exponunt quemadmodum scripturae verba illi Theologi ~~deponunt nobis~~ habet multiplicem sensum ~~nostram~~ ~~videntur~~ nobis ineptiae et jocos facere viderentur. Sic ~~unus~~ decanus dicit: Olim Judaei sine punctis scribebant, inde exorta est sensus multiplicitas, quum poterant uni literae multas vocales ~~addere~~ dari. – Sed certe mutatione punctorum mutatur sensus sed ut multiplex esse possit non mutatis punctis ~~sensum multum~~ dicere ineptum est.

Alii affirmant multiplicem significationem habere vocabulum unde multos sensus includit. ~~ex Duplex~~ Sed nemo non videt quam hoc ineptum est. Sta Swigens explicant alii alia diversa interpunctione derivant. Sed non mala interpunctio potest facere multiplicem. Non multiplicem sed dubium facit sensum. – In his commentis tamen neque Augustinum neque Thomam auctorem habemus. – Itaque Patres omnes excepto Augustini pro nostra stant sententia, qui neque suspicati sunt multiplicitatem sensus literalis Thomas stat pro nostra parte. Ceteri Patres silent, quod argumento est pro nostra sententia. Nam talis sensus est aliquid extraord. et quia tale debuit ab eis explicari. 2º Patres sunt testes traditionis, itaque via traditionis nobis hoc communicassent. Et non solum Patres in theoria sed et in practica pro nostra sententia stant. – Alii post Thomam Theologi item in practica suam sententiam non agnoscunt. Sed mixi solum auctoritati Thomae, eam sequuntur.

Theologi ... quibus ... [illegible]

Sta de Lugo.

K. VI d. 11. 1860 r. 10

Pauci tantum eam severe propugnant. Tamen et nostram probabilem, improbabilem etc. vocant. Tamen ne videamur aucupari tutores sententiae nostrae adducimus saltem nomina Theologorum pro nostra parte stantium: Alexander Halensis, Albertus M., Bonaventura, Aegidius Rom., Richardus, Rudolphus, Alphonsus Tostatus, Silvester de Prierio, Michael de Medina, Ribeira, Maldonatus, Frassen, Palumbo, Arnor, Calmet, Serdoni; — —

Alber, Glair, Patrizzi, qui hodie in Collegio Romano legit Scripturam S. E auctoritatibus his addamus quaedam argumenta ex ratione: Quum multiplex sensus produci potest locus. Quum nullus Pater excepto Augustino et nullus Theologus in practica admittit multiplicem sensum literalem, itaque eundem in una litera adesse non posse.

(Haec Prolegomena. Nunc accedamus ad regulas. Notandum: Quod Hermeneuticae sit sensum Librorum eruere et auditoribus patefacere. Duplicem itaque partem Herm. sumit alteram de sensu inveniendo, alteram de sensu explicando. Quum autem sensus multiplicitas dividitur, nempe in lit. spiritu. etc. hic primum de sensu literali eruendo agemus.

Antequam perveniamus ad regulas tradendas, advertendum, primam regulam esse, sacra biblia esse diligenter tota legenda. Eam declare hunc in sensum ait Augustinus.

Prima observatio est nosse omnes istos libros, si non ad memoriam mandandos, saltem ut non sint ignoti nobis.

Primum statuemus regulas sensus eruendi ex usu loquendi. Qui sermonis alicujus sensum comprehendere vult, debet acquirere notionem ejus

Haec potestas vocum, formarum acquiritur tantum ex usu loquendi. Exinde patet nexus inter quemdam sonum etc. et inter notionem qui nexus hypotheticae est necessitatis non absolutae. (Dicimus hypotheticae nam sunt multi theologi qui putant, cuique sono adesse significationem aliquam et hunc nexum inter sonum et notionem absolutae dicunt necessitatis. Non potest dici nexus ille absolutae necessitatis, nam apud populos saepe multa sunt vocabula, quae decursu temporis mutantur, e.g. תרשיש tempore Mosis significabat oram hispaniae maris mediterranei, decursu temporis vox haec inservivit ad designandas regiones remotas, ut Reges Tharsis. Postea ad designandas insulas. Idem accidit cum aliis linguis, e.g. lepak, nobis lepak dicitur zas. Lapka significat Latk.

Karawara significat Marafka (Bohomolec). H. B. 4.
Mutatur quoque vox a religione secta, disciplina. nam nova exorta doctrina, oportet ut eudant nova vocabula, vel antiquis nova significatio detur: ex. hebr. asa significat simpliciter facere - in tabernaculo vero sacrificare. Idem apud Grecos.
Voces: Γνωσις, αγαπη, etc. fuerunt introductae ad quasdam ideas religiosas designandas.
Mutatur etiam cum mutatione regiminis.
ex. zenuu signif. fornicari, sed respectu habito ad formam regiminis inservit ad designandum deos alienos cultum.
Zakan senex - postea regem, Rectorem significavit.
Non solum autem ex vita publica sed et privata vis nominum mutatur. ex. keleb vocatur hominum abjectum, olim autem canis.
Similiter
εξουσια in N. T. significat potentiam, tum velamen simile peplo, quod fuit signum virilis dominationis in mulierem. Unde loci I Cor. 11, 10. explicari potest. Ideo debet mulier esse sub potestate propter Angelos.
Similiter hebr. Redi a rada explicari potest.
Status hypotheticus solum intercedit nexus inter vocum et notiones.
Immo in uno scriptore deprehenditur varietas significationis vocum. Sicut inter Isaiam et Jeremiam - Tertullianum et Cyprianum utrumque Africanum.
Ut voces hisce ex usu loquendi explicari possint distinguenda est nobis lingua mortua a viva.
In viva attentione possumus pervenire ad eam intelligendam. In mortua vero attentio non sufficit, sed necesse testimonia historica habere. Testimonia haec sunt scholia, glossa, lexica, versiones, Commentarii.
Sed ea in tantum valent in quantum descendunt ex aetate, quo lingua viva fuit. Et haec testimonia vocantur immediata quia immediate tangebant linguam vivam. Testimonia mediata sunt itidem scholia glossae etc. quae descendunt ex aetate, qua lingua jam mortua fuit sed in scholis adhuc viget.
Fontes subsidiarii: dialecti cognatae, etymologia et analogia, quae subsidium praebent διγοτικον i. e. adventitium solum inveniendi sensum sacrorum bibliorum.
Gravitas horum fontium determinatur antiquitate et fidelitate quo minus vestigium est judicii proprii alicujus docti scriptoris.
Glossa et scholia non tam respectu ubertatis ~~sunt~~ ~~tanti~~ merentur respectum ~~sed~~ quam potius ratione antiquitatis. et quo antiquiora eo majoris sunt momenti.
Respectu ubertatis minoris sunt pretii, quia unica solummodo exhibent in iis significationem contractum solum orationis exhibent.

Glossa po grecku znaczyło po prostu język. potem przeszedł na oznaczenie wyrazu zastarzałego, a potem na objaśnienie znaczenia tego wyrazu. Scholia były wypisy krótkie z komentarzy kładzione na marginesie. choć i glossy były także na nim pisane, ale te były między textem pisane - stąd glossa interlinearis między wierszami i glossa marginales na brzegu pisane. Scholion jest objaśnieniem rzeczy z powodu jej ciemności i to pod względem historycznym i archeologicznym a glossa pod względem filologicznym. -

P. VII. 17/10 18.. r.

Lexica respectu ubertatis praestant scholiis, quia repraesentant nobis non solum significationem in contextu sed etiam alias significationes. Lexica bona exhibent etiam varias significationes et auctores, qui his usi sunt. Versiones et commentarii minoris sunt pretii Lexicis, ob eandem causam, ob quam Lexica praestant scholiis, quia solam relativam significationem exhibent. - Versiones exhibent nobis significationem unicam certi loci. Commentaria vero etiam alia loca in subsidium vocant, ideo praestant commentarii versionibus. In versionibus praeterea minime constat quem textum originalem interpretes sunt secuti; ex historia textus sacri notum est eum varias mutationes subiisse. Itaque versio modicum usum habet. Ex commentariis vero possumus scire varias significationes. - Itaque lexica esse summi momenti, minoris scholia et glossae, postea commentarii, denique versiones.

Praeter hos fontes habemus subsidia ad intelligendam linguam, i.e. dialectos cognatos, etymologiam et analogiam. Dialectum linguae ejusdem stirpis gaudent quadam similitudine, proinde licet nobis pro declaratione alicujus vocabuli linguae mortuae licet nobis recurrere ad dialectos cognatas. e.g. si ignoraret usum alicujus vocis in lingua hebraea, recurrere licitum est ad arabicam v. syriacam v. chaldaicam. Sed hac dialecto cum certitudine probari significatio non potest. ~~[illegible]~~ Quod vero non raro contrario evenit, probant exempla, e.g. lehem hebr. panis, arabice vero lehem carnem significat. Basar hebr. caro, arabice pellis. Ipsum valet in aliis e.g. romanicis linguis. e.g. sentire - Itali eadem voce significat audire. mirari ~~[illegible]~~ hispanis inspicere. Si quis itaque has dialectos non pro subsidio sed pro fonte sumeret, ut protestantes faciunt, periculum faceret toti sacrae scripturae, nam varia loca ad suam mentem convertere posset. Ita faciunt non nulli in Germania, qui spretis fontibus, sequuntur dialectos.

Alterum subsidium est ethymologia, quae est derivatio significationis primariae ex radice, v etiam extractio significationis secundariae ex primigenia. e.g. μετοικεσία constat ex elementis μετα et οικος. inquirenda est itaque utriusque vocis significatio. μετα in vocibus compositis signif. trans, οικεσια ab οικος domus. οικεω habitare facere. e.g. ergo vox μετοικεσια significat habitationem trans aliquem locum, seu transportationem. Si φως lumen, secundariam significationem enucleare volumus requirenda est alia objecta. ita lumen fugat tenebras - ita doctrina fugat tenebras rationis. igitur φως secundario significat doctrinam. Analogia est congruentia significationis certarum formularum cum aliis formis vocabulis e.g. Quoties occurrunt verba cum clausulis μαι σαι ται, toties concludimus passivum statum indicari. Tamen non obstante utilitate analogiae et etymologiae dicimus usum ejus subsidiarium, secundarium non vero constitutivum esse. e.g. Si quis vocis προφητης ex etymologia determinare voluisset significationem ex προ et φαω (dico) innitens etymologiae erraret maxime.

Ex bibliis scimus Prophetam in scripturis nominari prophetam non solum nunciatorem voluntatis Dei.

Quoad secundariam significationem ex textu: secundaria significatio autem est v. magnificus servi, quod ex contextu determinari debet. Quoad analogiam casus specialis esse posset contra hanc regulam, ex. g. in lingua latina denotant statum activum, tamen vapulo denotat passivum statum etc. Itaque pro fontibus stricte sumptis non scholia etc. non vero dialecti, analogia, ethymologia inservire possunt. –

Num liceat recurrere ad primaevas biblicorum linguas? Quaestio haec videtur antiquata, et praetermitteremus, nisi aliqui provocarent ad Concilium Trid. negantes nobis hanc facultatem. Protestantes ex risu ita faciunt. et katholici nulli. Trid. Concilii textus est:
„Insuper eadem sacrosancta synodus considerans... statuit et declarat ut haec ipsa „vetus et vulgata editio.. in publicis lectionibus.. pro authentica habeatur; et ut nemo „illam rejicere quovis praetextu audeat vel praesumat."
Hic loci autentia Vulgatae est firmata, ex quo concludunt: ergo quum pro authentica Vulgata est declarata, itaque non licet et periculosum est recurrere ad textum hebraeum et graecum. qui est in manibus inimicorum nostrorum. Autentia versionis dupliciter sumi potest 1º ut ne minime quidem discrepet a textu originario. vel 2. ut quoad substantiam concordet cum originali. In quo itaque sensu declaravit autenticam nostram Vulgatam Conc.? Nam si 1º sensu, tunc inutile et periculosum esset recurrere. Sed certum habemus, Concilium declarasse autenticam in sensu secundo, quod probant Historici Concilii tridentini, ut Pallavicini, qui expresse affirmat Pacem affluere in Vulgatam ex textibus graecis et hebraicis. – Non solum autem Historici, sed et Theologi id ipsum affirmant: ut De Vega Confessarius Marcelli II, qui ut Cardinalis, praefuit illi sessioni in qua hoc decretum latum est.

Insuper Vulgata nostra declarata est autentica respectu aliarum versionum, non vero respectu textus Graeci et Hebraici. ideo praecipit concilium ut Vulgata emendetur et emendatissime imprimatur. Quod factum est sub Clemente VIII et Sixto V ex hebraicis et graecis codicibus, undique conflatis per Doctores et peritos Theologos. determinandus est nobis usus loquendi hebraicae linguae, ex quibus fontibus catholicus non accipere potest.

Lingua Hebraica pertinet ad orientales. Denominatio orientalis non placuit posterioribus temporibus quia non est adaequata, nam linguae hae respectu Ansiae occidentales. Item Semiticarum linguarum denominatio, duce Eichhornio non est adaequata – nam et Elamitae etiam ex stirpe Semi, tamen aliam quam Semiticam linguam loquuntur. – Contra vero Chananaei, quamvis ex stirpe Chami descendunt, tamen semiticam loquuntur.

C. VIII d. 18/10 1860 r.

In quantum proprietates linguae hebr. Sub respectu Lexici notandum: voces radicales esse 3 lit. paucissimae vero 4 litterarum etiliq. consonantes gutturales potissimum cum vocalibus a, i, u. Voces propriae admodum sunt paucae.

Sub respectu Grammatico: pro comparatione sumimus linguas europaeas. Genera sunt masculina et foeminina. Articulus definitus adest. Casus et formas unus est.

Quoad verba: Conjugationes omnino fere deficiunt. Uno eodemque modo in genere verbi flectuntur, paucis exceptis. Carent verbis auxiliaribus sed praefixis utuntur ad indicationem mutatae relationis. Substantiva sunt simpliciora. Syntaxis consistit in appositione verborum juxta se. itaque syntaxis fere nulla est.

Rarius plura vocabula in l. hebr.

quæ sunt simillima vocabulis ex
cvonatopoiea
linguis (Indo-europæis – et non solum
naturales effectus repræsentantes
sed etiam ad ideas abstractas denota-
[illegible] inkak like – λείχω, lufhu, lingo.
Gadal (rolwo o toczeniu wozy) κυλίω v.
κελλω – [illegible] ulec [illegible] [illegible] crezta
[illegible] – [illegible], [illegible] wyrażenie znaczy
ani z ham [illegible] [illegible] usitata e. [illegible]
hinc una populus congregatio [illegible]
xua insimul – homo – etiam multi homi-
nes. cum quoi ideam conglomeratio-
nis indicat. Praesertim numeri
formatio ē antiquissima, unde
ipsa multis in linguis simillima ē.
[illegible] szesz sanscrit. szas – ἕξ – [illegible] sex – szesc
szeba (7) " – " sapta – ἑπτά – [illegible] – septem
Wszukaniu etymologii nie bardzo
zagłębiać się, należy żeby nie wy-
stawić się na śmieszność. Zada-
nie jej jest filologicznym literalnie
mówiąc aby dojść znaczenia
pewnych słów biblijnych. Prawem
etymologii jest nie przeskakiwać
w porównaniu języków, ale naj
porządkiem, najprzód języki jedne-
go pokolenia – np. gdyby kto chciał
porównywać hebrajski z sanskryc-
kim – lub polski z hebrajskim – na-
przód trzeba arabski, chaldejski
etc. i słowiańskie wszelakie.
Bekanus dowodził że Adam
i Ewa mówili po hollendersku
Adam pochodzi od hass (nienawiść)
i dam (tama) – Ewa od Ehe (przysię-
ga) i fat (radź). Dębołęcki Francisz-
kanin dowodził, że Adam i Ewa
po polsku mówili, ale to prędzej
dla śmieszności i wyszydzenia.

Iudæa ætas lingua hebraicæ vi-
guit ad captivitatem babylonicam.
secunda ætas post captivitatem.
Prima ætate major pars librorum
S. ē exarata. Pentateuchus quo-
ad linguam antiquissimam re-
fert (ætatem ~~antiqua~~) – genera enim distinctim
fœminina a masculina – et plerumque
inveniunt vocabula utroque gre ut nahal quod
significat puerum et puellam prout
in veteri Germanica Gemahl
sponsum et sponsam significat –
itaque et alia vocabula absque discri-
mine gnis et ætatis poterant
usitari. Auctor libri Job a pro-
pinqua ad ætatem argenteam.
In poetico sermone occurrunt ver-
ba quæ desunt in oratione prosaica
